

X ° X

9 a

DECISIO ROTALIS  
PRO  
P. PAULO ALER

Societatis Jesu.

Contra

D. JOANNEM FORSBACH,

&

D. CORNELIUM BREWER.

R. P. D.

P R I O L O

Coloniens. Attentatorum.

*Veneris 19. Februarii 1706.*



Ost tres sententias conformes Canonizantes *NUL-  
LAM, ET INJUSTAM* combustionem cujusdam  
libelli, & deletionem nominis à Matricula Uni-  
versitatis Coloniensis Patris Aler Societatis Jesu,  
tunc per Joannem Forsbach Rectorem factam, at-  
tento rescripto Signaturæ - *sinè præjudicio* - pro con-  
sequendo effectu rei judicatæ directæ fuerunt litteræ Executoria-  
les Officiali. Verùm quia Pater Aler coram eodem institit super  
puncto expunctionis à Matricula reparari per restitutionem proprii no-  
minis in eadem Matricula, & affixionem schedularum ad valvas  
hanc redintegrationem inferentium, & exustionem libelli reparandam  
in presentia Domesticorum suorum, sicut & Canonici Cornelii  
Brewer ac & ipsius triumphantis Patris Aler, ejusque Socii, &

*Post tres conformes  
& Rescriptu:  
sinè præju-  
dicio, P. Aler  
coram judi-  
ce Executore  
petiit exu-  
sionem li-  
belli, & ex-  
punctionem  
ex matri-  
cula revo-  
cari eo mo-  
do quo u-  
traque facta  
fuit à D.  
Forsbach;*

A

Nota-

item conve-  
nit Domini  
Brevver,  
quà reviso-  
rem libro-  
rum, coram  
D. Officiate  
Iudice Ordi-  
nario, ut re-  
sponderet  
super qui-  
busdam ar-  
ticulis, per-  
tinentibus  
ad libellum,  
à Lauren-  
tians edi-  
tum, inscri-  
ptum Diea  
contra Di-  
sacem: am-  
bo simul Ro-  
ma iudiciū  
de Atrenta-  
tis institue-  
runt; sed u-  
terque suc-  
cubuit.

Notarij : & Iudex pro partitione sententiarum petito modo faciendæ præfixerit terminum octo dierum, ut in *Summario Rectoris numer.* Ad istius instantiam, & Canonici Brevver, cum supposito, quod fuerint excessi fines mandati, & in spretum meæ Inhibitionis, de dubium- *An constaret de attentatis*, quod hodie negativè fuit resolu- tum.

Neutrum namque subsistere visum est : ad exclusionem enim excessus, Domini considerârunt, quòd si *Joannes Forsbach* quòdo eidem Pater Aler præsentavit libellum, de quo in *Decisionibus RR. PP. DD. meorum Caffarelli, & Scotti*, illum flammis tradidit, præsentate Patre Aler, illiusque socio, ac pluribus familiabus ejusdem Rectoris, ac ulterius fragmenta pagellarum semiconbusta distributa fuerunt inter Scholares Universitatis, nullo modo excessiva dici potest petita reparatio faciendæ in præsentia D. mesticorum, *Ipsius Patris Aler, & Socii*, qui pariter inter- nerunt in primo actu, ac etiam *Canonici Brevver, & Notarij* qui bene subrogari potuerunt in locum distributionis pagellarum, quia sicuti talis distributio manifestum reddidit factam combustionis, ità aliquid in illo actu reparationis interven- debat, quòd illam pariter manifestare posset, & hoc factum non, quàm per duos Testes fieri non poterat, & omnisno congrua visa fuit præsentia *Canonici Brevver, cujus munus est Revisorum*.

Ità pariter si in expunctione Patris Aler à Matrícula prædicti Forsbach, non obstante quòd fuerit *allegatus suspectus* ob præcedentem combustionem, & *appellatione interposita* procedere voluit per sententiam, quam *Rectorali sigillo munitam, & prelo mandatam jussit ad An- Bursas, & Universitatis Gymnasiorum valvas, & ad publicam, & communi- nem Universitatis notitiam demandari per Pedellum, & Notarium, Summario Patris Aler num. 4.* Talis actus non ampliùs dicitur *Judicis, Partis, & per consimilem modum reparandus venit*, nec aliquid plus importat instantia Patris Aler, neque Decretum Judicis, & talis modus dicitur *virtualiter contentus* in litteris executorialibus; & si Domini fuissent inquisiti, non aliter declarâssent eorum intentionem; cùm nihil magis naturale sit, quàm quòd actus eodem modo dissolvatur, & tollatur, quo introductus est *l. nihil tam naturale, & l. Nemo, qui condemnare ff. de regul. Jur.*

Nec Joannes de hoc conqueri poterat, si ipsemet idem practicavit in expunctione à Matricula, & combustione libelli ex *not. l. quod semel placuit ff. de regul. Jur.* quapropter à supremis Tribunalibus non semper insistendum est in solo cortice verborum; neque per hoc relaxantur habenæ executoribus; satis enim notum est, quòd isti ad unguem observare tenentur legem in litteris præscriptam; ità ut etiamsi aliquando aliquid indulgendum veniat ad dirimendas lites inter Partes, maximè semoto quocumque præjudicio, ut in præsentì, non ideo imminuta, vel læsa remanet Judicis Majestas.

Multò minùs concurrere visus est spretus Judicis, quia non controversitur illius inhibitionē sive justā, sive injustam semper timendam; attamen cum plures inter Partes vigeant lites, seu controversiæ, & præsertim super subjectione Patris Aler tanquam Regentis, vel Subregentis Collegii, seu Gymnasii Trium Coronarum Colonienf. Rectori Universitatis Studii Generalis, ista in gradu appellationis à sententia pariter R. P. D. mei Scotti mihi fuit commissa, & vigore istius commissionis relaxata prædicta inhibitiō prout resultat ex ipsius lectura, *Summarie responsionis P. Aler num. 1.* ista nihil commune habet cum altera, de cujus executione modò agitur. Et quamvis in eadem Inhibitione supponatur comprehensa quoque pendentia litis occasione impressionis alterius libelli cujus titulus est: *Dica contra Dicacem*, vel ista considerari debet tanquam simplex enunciativa, vel semper erit omnino independens, quæ nunquam suspendere poterat executionem litterarum in vim trium sententiarum super combustione libelli, & expunctione à Matricula: Et tantò magis, quia ista Inhibitiō fuit *presentata nomine Canonici Brevver, quando in executorialibus, & Inhibitione, neque per somnium nominatur, ut in eodem Summarie responsionis num. 1.*

Prout quoque insubsistens visum fuit motivum obtentæ Inhibitionis, nempe ad reparandum gravamen, quod illi mediante tali executione injungi poterat, nempe condemnatio ad solvendam actione injuriarum quamcumque summam benevisam; nam quatenus ista intrare posset, semper erit per Judicem declaranda, & panicus fuit timor; Cùmque executor ad talem condemnationem non devenerit ex ipsamet Partis confessione, corruunt attentata.

Et ità utrâque, &c.

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

DEC

P'A

JOAN

P

Colonienf.



Omn  
terp  
verit  
& C  
dedi  
caus  
bibliothecae, resp  
sententiae sim  
concedatur in ince  
la habes.  
Validitas exempl  
tamenti deductis  
prae Junij 1701,  
1704. coram R.  
tis in quibus se  
Hae Soc. Jern